



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Causa Possessionis & Proprietatis. Titvlvs III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

Si vero dicti Episcopi aut non fuerint hujusmodi suos expulsores, vel eorum consiliarios & factores dicto modo citare, vel ipsi malitiose impedimentum praestiterint, ne poterint sic citari: licitum si eisdem Episcopis, ut expulsores, consiliarios, & factores eisdem diebus aliquibus dominicis vel festiuis, cum populus convenit ad divina, ut sic facta citatio ad eos pervenire videretur. a. praeferatur, citent vel citari faciant publice in ecclesiis civitatum vel locorum insignium praedictorum, & procedant deinde contra ipsos, si citati aliter statuto ipsi peremptorio termino competenti coram eisdem Episcopis noluerint comparere, ac si citati legitime alii essent.

Eisdem etiam Episcopis indulgemus, ut inter suos subditos (ne ob defectum iustitiae dispendium aliquod patiantur) possint in diecebus alienis, in quibus moram traxerint (dummodo per se vel per alium hoc in suis propriis diecebus, facere non audeant, vel non possint) jurisdictionem suam omnimodam exercere. Ita tamen, quod subditi, qui expulsores vel eorum factores, aut consiliarii non fuerint, ultra duas dietas a fine suae diecesis non trahantur. Volumus insuper, ut ante omnia a diecesibus locorum, in quibus moram traxerint, petant licentiam in praemissis: quam si obtinere nequeverint, procedant nihilominus, prout superius est expressum. Sanè si praedicti Episcopi assuerint, se non fuisse auctores expulsores, consiliarios, vel factores, personarum, vel ad domum, aut publice (ut praemittitur) in eorum ecclesia cathedrali citare: vel ipsos malitiose praestitisse impedimentum, ne per eos poterint sic citari, aut quod in suis diecebus jurisdictionem per se vel per alium contra ipsos exercere nequeant, vel non audent: statim super his volumus assertionibus eorumdem. Ipsi districtius injungentes, sub interminatione divini iudicii, ne circa praemissa contra conscientiam quicumque mendaciter aut dolose asserant vel confingant. Eorumdem autem Episcoporum sententias & processus, quos in praemissis casibus, in aliis diecebus duxerint faciendos, denuncient, seu denuntiari faciant, per suas dieceses concivibus Episcopis, cum ab eis fuerint requisiti. Per praemissa quoque nullam ex transgressu temporis quantuncunque, vel alias quoquo modo locorum diecesibus vel his quibusque jurisdictionem habentibus in locis praemissis, in quibus praedicti Episcopi sic expulsi jurisdictionem (ut praedicitur) exercerebunt, praesidium generetur.

DE CAUSA POSSESSIONIS & PROPRIETATIS.

TITVLVS III. CAP. I.

In causa beneficii delatus etiam per appellationem ad curiam, utraque pars petat peremptorium & possessionem intentare. Et ante causae conclusionem possit praesentari suspensio petitoris, vel adversarii, possessionem praesentari. Ioan. And.

Clemens V. in consilio Romanensi.

Causa d. beneficii per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluta, tam appellanti, quam appellato licet decernimus, medium peremptorium, sed & possessionem intentare. Et in ipsius odium ante causae conclusionem suspendere peremptorium a se, & ab adversario intentatum, in solo possessionis procedendo.

a. Al. verificat. b. Al. nequibunt. c. Al. praemittitur. d. Vide Paul. de Cas. consil. 277. lib. 1. Et de intellect. Covarruviam lib. 1. Var. resal. c. 18. num. 17.

DE DOLO ET CONTUMACIA.

TITVLVS IV. CAP. I.

Appellans ante definitivam sententiam a definitiva, vel a citato vel non, appellare potest: nisi prima appellatio fuerit manifesta, quo casu non appellat, tanquam manifeste manifestus. Ioan. And.

Clemens V. in consilio Romanensi.

Si ante a definitivam sententiam, a iudice appellans recedat, & iudex sine appellante a dieferens, eo citato, vel etiam non citato, in causa procedens, contra ipsum etiam a definitive sententiam definitivam promulget, poterit iterum appellare a dicta sententia, intra tempus debitum appellare. Nec eius prima appellatio est invida manifeste.

VT LITE PENDENTE NIL INNOVETUR.

TITVLVS V. CAP. I.

Si duo litigantes super beneficio, vel rebus, vel personis, vel rebus possidens, vel necesse possidens aliter tenens, aliter aliter moriens: ad Papam, et in curia sua causa ad eum spectat collatio, si ad alterum beneficium pertinet: si vero ad alterum tenens, si super rebus, vel personis, vel rebus possidens, ex futuro eventu apparet, ad quem collatio spectat. Ioan. And.

Clemens V. in consilio Romanensi.

Si duobus in Romana curia, super beneficio collato litigantibus, in eadem curia non collat utrumque, collationem huiusmodi beneficium Romanam Pontificem: si vero extra curiam, ad ordinarium decernimus pertinere: nisi legitime in dicta curia, alterum vero extra curiam collatum, ad Romanam Pontificem: si vero alius, ad ordinarium pertinet collatio praedicta. Neutro autem ipsorum beneficium polletente, erit Romanus Pontifex, propter auctoritatem praesentiam, in collatione huiusmodi praeferenda. Et si, altero tantummodo, sine possessore, sit peremptorium, si super rebus, vel a litis, cuius interest, causam ad alium pertinet (quam interim beneficium de iure conferri non possit) ad quem collatio erat permissa, futurum declarabit eventus. Nam si ad defunctum pertinere beneficium fuerit declaratum, pertinet ad Papam, si ille in curia, vel ad ordinarium, si extra curiam sit defunctus. Quod si ad neutrum illud spectat collatio, ad ordinarium collatio pertinet. Satis tamen, in praemissis omnibus Rom. Pont. potestatem ad quatenus ecclesiarum, personarum, dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum plena & libera collatio, ex sua potestate plenitudine inoffensive pertinet.

CAP. II.

Et dicitur pendere, quod iuris, ut nulli delatorum, nisi citatio legitime pervenit ad pariter, vel per eam fieri, quo non perveniret, cum tali expressione, quod pariter iuris legitime veniat. Ioan. And.

Item.

Quomodo hoc pendere censetur, postquam a iudice

a. Not. quod appellari potest ante definitivam, quod est verum indistincte iure canonico, dum tamen appellatio in causa non sit. cap. ut de iuris. ext. de appell. sed de iure verum non appellatur, nisi in certis casibus. Zabarella.

